

*beurkundet wurden; vgl. dazu die in der Vorbemerkung zu Nr. 3 genannten Beispiele für die Beurkundung solcher Rechtshandlungen.*

*Der Edition liegt der Text von A<sup>1</sup> zugrunde; die Anmerkungen enthalten die Varianten aus A<sup>2</sup>. Es wird der Zeilenwechsel von A<sup>1</sup> angezeigt.*

IN nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis presentem | paginam inspecturis salutem. Cum ex debilitate memorie condicionis humane, que labilis est, multa sepius ducantur in oblivionem | pariter et errorem, que non fuerint scripti testimonio confirmata, notum esse volumus<sup>a)</sup> tam<sup>a)</sup> presentibus quam futuris, quod, cum super hiis | omnibus promovendis, que ad honorem dei necnon sustentacionem religiosorum, qui sequentes ipsum se et sua penitus abnegarunt, | semper esse benivoli velimus pariter et intenti, principaliter ob reverentiam Iesu Christi et ad instantiam domini Bodonis et Otthonis fratrum | dictorum de Ilburc navigium in Antiquo Belgere, quod vere vulgariter appellatur<sup>b)</sup>, et quod iidem duo fratres<sup>b)</sup> a nobis iure tenuerunt | feudali, recepta certa summa pecunie ab abbate et conventu in<sup>c)</sup> Buch nobis libere resignarunt, dicte ecclesie in Buch | et religiosis ibidem deo iugiter famulantibus contulimus iure proprietatis cum omni utilitate imperpetuum<sup>d)</sup> possidendum<sup>d)</sup> volentes, ut | dictum navigium<sup>e)</sup> apud<sup>e)</sup> ipsam ecclesiam maneat<sup>f)</sup> perpetualiter libere et quiete, nec ipsam in huiusmodi nostra donatione volumus | ab aliquo inpediri<sup>g)</sup> seu etiam perturbari. Ut autem hec nostra donacio stabilis maneat<sup>h)</sup> atque firma, super eo in | testimonium dedimus presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Dat. Libental anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXIII<sup>o</sup>, | quintodecimo kalendas septembris. Huius rei testes sunt: frater noster comes Hermannus de Hennenberc, burchgravius de Witin<sup>i)</sup> nomine Iohannes, | burchgravius Henricus de Dewin, Hermannus de Lobdeburch, prepositus Witego de Northusen prothonotarius nostre curie, | dapifer Albertus de Burne, Henricus camerarius de Gnannenstein, Iohannes et Nicolaus notarii nostri et alii quamplures.

(SP.)

## 243.

*Landgraf A(lbrecht) von Thüringen beurkundet, dass Propst Friedrich und der Konvent des (Benediktinerinnen-)Klosters Heusdorf die Vogtei über 2 Hufen in Gebstedt, die der Graf Fr(iedrich) von Stolberg von ihm zu Lehen getragen und*

242. a)–a) volumus universis tam A<sup>2</sup>.

b)–b) appellatur, et duas capturas piscium ibidem in ipsa aqua consistentes, que idem [sic] duo fratres A<sup>2</sup>.

c) de A<sup>2</sup>.

d)–d) in perpetuum possidenda A<sup>2</sup>.

e)–e) navigium cum capturis piscium apud A<sup>2</sup>.

f) maneat A<sup>2</sup>.

g) inpediri A<sup>2</sup>.

h) permaneat A<sup>2</sup>.

i) Within A<sup>2</sup>.